

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



DE
PRIVATIS ET PU-
BLICIS DELICTIS

DISPUTATIO QUARTA,
DE CRIMINIBVS PUBLICIS, ET
quidem in specie de Accusationibus
& inquisitionibus.

QVAM,

D. D. D. & D.

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

D. N. SIGISMUNDO *Glach* /

J. U. D. P. P. p. t. RECTORE MAGNIFICO

Præceptore omni reverentiæ cultu
honorando.

Discutiendam publicè proponit

HENRICUS Besserer / SCHORNDORFFENSIS.

*Horis locog, consuetis In Auditorio novo,
Die 9. Aprilis.*

✻ (:) ✻

ARGENTORATI,

Typis PAULI LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVIII.


16t.

18

L. A. U. I. F.

1628, 5.

162



PRAESTANTISSIMO DN. RE-
SPONDENTI DE JUDICIIS PUBLI-
CIS PUBLICE DISPUTANTI.

ERGO, quòd hanc, quâ vix est ulla frequentior
orbi,
Materiem impavidâ contra omnes mente tueris,
Ritè facis, non vana facis, perdulcis amice,
Ultima si primis ita filo attexeris uno,
Et pede, quo cœptum est, perrexeris ire, parentis
Magni magna clues & spes & magna propago,
Moxq; reges patriam patriâ simul atq; patronos.

*Testandi affectus gratiâ
faciebat*

Johan-Simon Weinmann/
Heilbronn.

103

DISPUTATIO QUARTA,
DE CRIMINIBUS PUBLICIS
ET QUIDEM IN SPECIE DE AC-
CUSATIONIBUS ET INQUI-
TIONIBUS.

RESPONDENTE

HENRICO Besserer / SCHORNDORFFENS.

Continuatio.

HActenus in præcedentibus de delictis privatis & extraordinariis ; Nunc quoque de criminibus & delictis publicis, & quidem hac disputatione quædam de generalibus criminum, tum de illorum per accusationem & inquisitionem constitutione dispiciemus.

THESIS PRIMA.

QUæ privata delicta, & cur ita dicantur in 1. & 2. disp. explicatum est, quæ vero publica sint crimina, & cur ita dicantur, in tanta sententiarum varietate, haud ita in proclivi est enodare. Appellantur verò publica, Just. auctore §. 1. *Inst. de pub. Iud.* quod cuivis ex populo executio, seu Accusatio eorum plerumq; , detur vel potius quia in iis de crimine publico quod omnes tangit quæritur, J. C. Macer. l. 3. §. ult. *de prava-ri. Modest. l. 30. §. 1. ad L. Corn. de fal. Ulp. l. 1. §. 6. ff. de susp. tut. Constant. l. 30. C. ad L. Iulia. de Adult. Ween. parat. de publ. Iud. n. 1. Vult. ad princip. Inst. eod. n. 3. Coll. Argent. eod. th. 2. Harp. tract. crim. tit. de pub. Iud. n. 1. Cuiac. lib. 8. obs. cap. 33. Diff. Hotom. in commen. ad §. 1. verbo Iudicia. Robert. 4. sent. Iur. c. 10. Bald. in proleg. tit. de pub. Iud. Duar. lib. 1. anniv. c. 37. Deci. lib. 5. tract. c. 3. n. 6.*

Publica ju-
dicia unde
dicta.

Q
Additur

Additur plerumque, quò demonstratur, non perpetuò ex eo dici. Nam sunt publica quædam crimina, quorum accusatio non cuilibet, sed certis tantum, puta cognatis conceditur, ut suppositi partus. l. 30. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. Adulterii crimen. l. 30. C. ad L. Iul. de Adult. Præterea sunt quoque quædam delicta, in quibus Accusatio omnibus est concessa, quæ tamen non sunt publica, quale est suspecti tutoris l. 1. §. 6. ff. de susp. tut. §. 3. Inst. eod. de sepulchro violato. l. 3. pr. ff. de sepulch. viol. & de termino moto l. fin. prin. de term. moto. vide l. 8. & seqq. ff. de Accus. Deci. d. l. n. 5. latè Bonif. tract. de furtis. §. 7. n. 33. Harp. d. t. de pub. Iud. num. 9. differentias publici criminis ab extraordinariis & privatis vid. apud Harp. Inst. de pub. Iud. pr. n. 13. & seqq.

Definitio
criminis
publici.

2. Crimen publicum definitur, quod publicorum Judiciorum legibus comprehensum, ab unoquoque ex populo deferri & accusari potest. §. 1. Inst. de pub. Iud. Wesenb. parat. de pub. Iud. n. 1. in med. Bocer. class. 6. disp. 38. thes. 4. Duar. lib. 1. disp. anniv. cap. 37. Coll. Argent. tit. de pub. Iud. n. 2. Tr. vol. 2. disp. 31. th. 1. Harp. d. t. n. 2. Arum. disp. ad ff. 25. th. 1. & exercit. Inst. 20. thes. 6. latè Decian. lib. 5. cap. 4. num. 2. Diss. Gomez. 3. var. ref. cap. 1. n. 1. Clar. lib. 5. sent. §. 1. n. 1. & alij. Differentia enim publicorum Judiciorum vera est (qua ab aliis propriè distinguuntur.) Lex quædam certa, unde leges latæ de criminibus, publicæ dicuntur. Ex hac definitione duæ desumuntur regulæ. 1. Omnia crimina, quæ per legem certam connumerantur inter Judicia publica, Judicii publici esse. §. est & inter. 10. Inst. de pub. Iud. 2. Nulum esse crimen publici Judicii, nisi quod speciali aliqua lege in numerum publicorum Judiciorum coniectum sit. l. 3. in fin. ff. prevar. Gilh. arb. Iud. crim. prolegom. 14. & seqq. Gomez. cap. 1. n. 9. 10. & seqq. Vult. Inst. de pub. Iud. n. 12.

Pœna non
inducit
differenti-
am rei.

3. Quare in iudicandis delictis publicis à privatis non simpliciter recurrendum esse, ad vocabuli appellationem, nec ad inscriptionem titulorum cum Angel. l. 1. de pub. Iud. nec ad publicam accusationem. §. 1. Inst. de pub. Iud. nec ad pœnam, an scilicet sit præstituta capitalis, an vero pecuniaria, quia ea non inducit differentiam. l. 1. de Extra. crim. l. fin. C. de Injur. l. unic. C. de

107.
defam. libell. nec denique obiecta & personas, in quas deliquimus respiciendas, an in Deum & Principem, vel in privatum delictum sit commissum, ut illo casu publicum, hoc casu privatum reputetur, uti DD. Gomez. Clar. Farin. Gilha. & alij, quam sententiam refutat Eman. Soaretz in annotat. ad Gomez. var. ref. tom. 3. c. 1. sed ut supra videndum est, an aliquâ lege speciali illud delictum in numerum publicorum Judiciorum sit coniectum. l. 1. de pub. iud. Deci. d. l. 5. c. 4. n. 2. Harp. d. §. 1. Inst. de pub. iudic. num. 2.

4. Circa hoc quæritur: An differentia privatorum & publicorum Judiciorum Jur. Can. adhuc duret vel sit plane sublata? Ita ut Jure Canon. omnia Judicia publica sint. Poster. aff. Canon. & comm. Dd. Glos. in c. 6. quest. 1. Decia. lib. 5. prax. crim. c. 4. n. 20. Farin. quest. crim. 18. n. 16. Petr. concl. crim. 2. lit. F. Clar. lib. 5. sent. §. 1. n. 6. Prius tenet Goedd. part. 3. disp. 15. th. 1. lit. A. Jul. Pac. in Epit. Iur. disp. 28. th. 19. Harp. d. t. de pub. iud. pr. n. 20. Tr. vol. 2. disp. 31. th. 1. lit. A. quia nullibi in jure Can. hæc delictorum differentia est sublata, Ergo & adhuc standum, juxta Canon. regulam. c. 1. 2. de oper. nov. nunt. c. 2. de R. 1. in 6. 2. quia distinguuntur publica à privatis c. nullus servus. II. causa. 3. quest. 5. Et licet videamus hodiè, vel per inquisitionem in omnibus fermè criminibus procedi, vel accusante fiscali crimina quævis exerceri, veluti crimen furti, bonorum raptorum, quibus etiam pœna capitalis irrogatur, tamen verisimile non est, à Jure Can. hic aliquid novi esse statutum, illud tamen concedi potest, quod pro quovis crimine, censura Ecclesiastica possit imponi, ut tradit Bachov. 2. disput. 31. th. 1. lit. A. in fin.

5. Dividuntur crimina in capitalia, aut non capitalia. §. 2. Inst. de pub. iud. l. 2. ff. eod. Harp. tract. crim. Inst. de pub. iudic. §. 2. n. 1. & seqq. Coll. Argent. de pub. iud. th. 3. Wesen. eod. n. 1. in fin. Tr. vol. 2. disp. 31. th. 1. lit. B. & C. Capitalia sunt, quæ morte naturali vel civili delinquentes afficiunt. Nam capitalis pœna est mors naturalis, libertatis vel civitatis amissio, ut aquæ & ignis interdictio, deportatio, metallum §. 2. Inst. l. 2. ff. h. t. l. 2. 28. ff. de pœnis, l. 18. C. de transact. Harp. Wel. d. l. Bronch. cent. 3. assert.

Q. An differentia privatorum & publicorum Judiciorum Jur. Can. adhuc duret? Aff.

Divisio criminum in capitalia & non capitalia.

71. Huc refert Gail. bannam Imperiale Reichs Achte lib. 2. de pac. pub. cap. 1. num. 15. vid. Clar. pr. crim. §. fin. q. 71. n. 12. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio & relegatio poena est. l. 2. ff. §. 2. Inst. de pub. iud. Bach. d. l. lit. B. & C. Coll. Argent. de pub. iud. th. 3. in fin. & hoc notandum, quod in omni iudicio publico capitali & non capitali damnatus infamia notetur. l. 7. ff. h. l. 1. ff. de his qui not. infam. Harp. d. tit. de pub. iud. pr. n. 17. & §. 12. n. 5. ubi ampliaciones huius 4. proponit.

Quæ hodie sint iudicia capitalia & non capitalia.

6. Sed cum hodie ad duas species civilem & criminalem omne referatur iudicium, dubitatur, quæ hodiè igitur sint capitalia, quæ non capitalia? confunduntur enim sæpius, ut vulgò omne illud iudicium criminale dicitur, ubi de crimine agitur cum & privata iudicia latè vocabulo sumpto, dicantur crimina. Ad cuius intellectum distingui potest, inter poenam seu rem pecuniariam, quæ tam criminali quàm civili actioni communis est, & utraque *Selbststraff* dici potest, quamvis id commodius in quæstione criminali fieri videatur, & inter ipsam pecuniariã causam cuius actio & quæstio est civilis, descendens ex contractu vel delicto privato, quæ ad actoris privatum commodum in iudicium introducit. vid. Duar. lib. 1. Disp. c. 37. Clar. 5. sent. §. 1. Farin. prax. crim. quæst. 9. num. 76. Gilh. arb. jud. crim. c. 1. num. 109. Coll. Arg. d. l. thes. 4.

In capitalibus quot modis procedatur.

7. In utrisque capitalibus & non capitalibus criminibus proceditur duobus modis, vel per accusationis vel per inquisitionis viam. Clar. §. fin. quæst. 3. num. 1. Gilh. arb. jud. crim. c. 3. part. 1. n. 1. Treutl. vol. 2. disp. 31. th. 1. lit. D. quod testatur Germ. consuetudo, de qua passim in *Const. Carolin. criminali*. Reliqui igitur modi quos Dec. tract. crim. lib. 3. cap. 1. num. 5. proponit, ad duos hosce sunt referendi. Bach. 2. disp. 31. thes. 1. lit. D. Clar. d. l. num. 3. Damh. princ. crim. cap. 4.

Vocabuli Accusationis varia acceptio.

8. Accusationis vocabulum valde ambiguum nec semper uno modo accipitur. Latissimè pro civili actione & persecutione ponitur. l. 39. ff. sol. matr. l. 20. ff. de Accusat. Sicuti contra actio pro accusatione. l. 1. ff. de crim. stell. Don. 19. com. 1. Arn. ab Haër. foll.

103
soll. in proleg. de act. in genere num. 2. & 3. Tripliciter ab accusa-
tione tamen differt actio, 1. Respectu originis: quia pro
causa civili intenditur actio, pro criminali accusatio; criminales e-
nim causæ non exercentur per actiones, sed per accusationes in-
tenduntur. Ex plerisque tamen criminibus, ex quibus agitur cri-
minaliter, potest etiam agi civiliter. l. penult. C. de falsis l. un. C. quand.
act. civ. crim. nec altera alteram consumit. d. l. un. l. 4. §. 4. ff. fin. reg.
2. Variant respectu medii, quia in civilibus astringitur solus actor
ad probandum, & eo non probante reus absolvitur l. actor. C. de pro-
bat. l. qui accusare C. de edendo. In criminali verò causâ pluribus casu-
bus, qui habentur l. fallaciter. 3. C. de abolitio. utriusque litigantium in-
cumbit probationis provincia. Accusatori quidem pro crimine
intentato, reo verò super eius purgatione: quibus casibus, licet ac-
cusator plenè quidem non probet, non tamen absolvitur reus, sed
ad purgationem criminis tenetur l. ubi 22. & ibi Salycet. C. ad L. Corn.
de fals. 3. Ratione finis differunt, quia in civilibus persecutio-
nibus petitur aliquid dari vel fieri Actori, in quod etiam reus con-
demnatur: sed in criminalibus iudiciis, accusator dicit, accusatum
huius vel illius criminis reum esse; & hoc intendit, ut puniatur mor-
te naturali vel civili, vel relegatione, aliavè corporis coercitione:
aut pœnâ pecuniariâ. vid. Coll. Arg. d. tit. th. 4.

9. Interim tamen in plerisque conveniunt & in cri-
minalibus & civilibus iudiciis, 1. in eo, quod utrobique re-
quiritur libellus. l. libellorum. 3. ff. de Accus. & inscript. Auth. offera-
tur. C. de lit. contest. & juratur de calumnia. Const. Frid. de pac. ten.
§. si rusticus, & §. seq. 2. etiam in eo, quod sive per accusationem
sive denunciationem crimen ad iudicem delatum, sive ipse ex divul-
gatione criminis excitatus sit ad inquirendum de eo, semper neces-
se habeat, suspectum de crimine vocare, ut ad iudicium veniat.
Myns. ad tit. Inst. de pub. Iud. in pr. n. 6. Plures acceptiones vocabuli,
accusationis, vid. apud Dec. tract. crim. lib. 3. c. 1. n. 9. & seqq. Wesemb.
parat. de Accus. n. 4. Duar. 1. disp. anniv. c. 38. Coll. Arg. de accus. th. 2.
Specialiter & propriè accipitur de criminatione. l. 4. C. de accus.
delictorum executione. l. 11. C. de his qui accus. persecutione. l. 13. §. 1.
de pub. Iud. & delatione r. t. ff. & C. de Accus. Wesemb. d. l. Boc. cl. 6.

Differ. Ae-
cusationis
ab actio-
ne.

Conveni-
entia. Ac-
cusat. &
actio.

Q 3 disp.

Definitio
Accusatio
nis.

*disp. 38. th. 19. Decian. d. l. n. 8. Unde Azone auct. Accusare dicitur re-
um per libellum deferre ad vindictam & poenam. l. 1. l. 20. C. de his
qui accus. l. 3. ff. de Accusat. l. fin. de privat. delict. Wesembec. d. l.
Accusatio definitur delatio. l. 11. C. de adult. l. 9. C. ubi caus. fiscal.
crimin. l. 4. C. de nox. act. in publicum, l. 3. C. pro quib. caus. serv.
ad iudicem competentem ad vindictam publicam solen-
niter facta, l. 3. ff. h. l. 15. C. de adult. Jul. Clar. §. fin. quest. 12. n. 1.
V Wesemb. in parat. h. n. 5. Coll. Argent. de accus. th. 3. Duar. tit. de
accus. c. 1. & lib. 1. disp. anniv. disp. 38. in princ. Boc. class. 6. disput. 38.
Theod. Coll. crim. disput. 4. thes. 1. vid. Gilh. arb. jud. crim. cap. 3.
part. 2. num. 1.*

Causa effi-
ciens Ac-
cusationis

10. Causa efficiens accusationis est lex publica,
V Wesemb. parat. de Accus. n. 6. Theod. Coll. crim. disp. 4. th. 2. lit. A. ex
qua facultas accusandi cuivis ex populo competit, nisi jure prohi-
beatur. Cum enim certos quosdam accusare prohibitos videamus
*rub. & tit. C. qui accus. non poss. cæteris id permissum intelligitur,
qui non reperiuntur prohibiti. l. 28. §. 2. ex quibus caus. major. Unde
etiam omnis accusator, eò quod suam personam, habeat fundatam
intentionem in dubio admittitur, nisi excipiens inhabilitatem in
specie probarit. l. 5. & 19. §. 2. ff. de probat. Decian. tr. crim. lib. 3. c. 1.
Far. d. quest. 12. n. 8. §. 1. Inst. de pub. iud. l. 43. §. 10. ff. de ritu nupt. l. 8. ff. de
accus. Boc. cl. 6. disp. 38. th. 21. Coll. Arg. de Accus. thes. 4. Gilh. arb.
jud. crim. c. 3. p. 2. n. 6. Decia. tr. crim. lib. 3. c. 6. n. 1. Omnis enim perso-
na præsumitur habilis ad accusandum jure proprio; regulariter e-
nim nemo alieno nomine accusare potest. l. pen. §. ad crimen. ff. de
pub. iud. l. 2. Cod. qui accus. non poss. Clar. §. fin. quest. 14. n. 24. idque
potissimum ob inscriptionis legem ad poenam talionis, ne detur
occasio defraudandi accusatori, si liceret procuratorem mittere, vel
ut inter actorem & reum servetur æqualitas. reus enim per procura-
torem comparere nequit, Ergò nec actori id concedendum; id ve-
rò ad illustres personas quoque extendendum, vid. l. 15. C. de Ac-
cus. l. fin. §. ad eò autem. C. ubi senat. vel clariss. Gail. 1. de p. p. 10. n. 12.
Decia. lib. 3. cap. 36. num. 14. Farin. pr. crim. quest. 12. num. 51. Gilh. d. l.
c. 3. p. 2. n. 7. Ex usu tamen fori poenâ talionis & inscriptio-
nis sublatâ hodie quoq; unumquemque alieno nomine
posse*

Ius vet.

Ius nov.

166.
posse accusare tradunt. Clar. 5. sent. §. fin. q. 12. n. 17. & q. 32. n. 3. Gail.
d. l. Rauchb. q. 7. n. 3. Far. d. q. 12. n. 51. Gail. 1. de p. p. c. 10. num. 7. Covar.
var. resol. 9. num. 1. Giph. in l. 33. §. 3. de procurat. quò fac. Const. crim.
Carol. art. 12. in vers. Soll der Ankläger oder sein Gewaltthäter.

II. Ex parte rei verò, quando in causâ criminali
procurator admittatur, propter textus Juris in speciem invicem
pugnantes non est expeditum: Et quidem in criminibus sanguinis
aliâve pœnam capitalem inferentibus reus post crimen inchoa-
tum defendi potest; non quidem defensione propriè dictâ ut in pe-
cuniariis, sed extraordinariâ, & humanitatis causâ recepta, quæ ta-
men allegatio continet, non tantum causas absentix, sed & in-
nocentix. l. 33. §. 2. ff. de procur. l. 3. C. de accus. In non capitalibus
autem reus absens defendi non potest, quamvis cum præsentè judi-
cium fuerit inchoatum. l. 11. §. 1. ff. ad L. Iul. de Adult. cum l. 13. Cod. eod.
sed tantum allegatio causarum absentix permittitur, ad eum effe-
ctum ut sententia differatur. l. pen. §. ult. ff. de pub. iud. In iis verò,
quorum pœna legitima est pecuniaria, ordinario Jure defensor ad-
mitti videtur l. 5. ff. de pœn. l. 1. an per al. ca. appell. l. 1. §. 1. de requir.
re. vid. Cuiac. lib. 20. obs. 20. Hill. in Don. Enucl. lib. 18. c. 11. lit. E. per
tot. pag. 336. Fach. 1. controvers. 26. VVes. conf. 43. n. 167. Gomez. 3. var.
res. 1. num. 12. VVesemb. de procurat. n. 5. VVurmbf. lib. 1. tit. 5. obs. 10.
Pac. 2. antinom. quest. 40.

12. Prohibetur verò quis variis modis. I. Ratione
sexus, mulier ab accusando repellitur. l. de crimine 12. C. qui accus.
non poss. Farin. d. quest. 12. n. 16. Gilh. d. c. 3. part. 2. n. 6. pag. (mibi) 269.
Boc. d. class. 6. disp. 38. th. 21. quia nec privatas aliorum causas agere
potest. l. 18. C. de procurat. Ergo nec publicas, VVesen. ff. hic. n. 9.
huius verò regulæ dantur duæ Exceptiones. 1. In criminibus
in quibus specialiter mulier ad accusandum admittitur,
veluti 1. Læsx Maiestatis. l. 8. ff. ad L. Iul. Maiest. cap. fin. 6. quest. 1.
Gilhaus. d. c. 3. part. 2. n. 5. pag. (mibi) 269. quia crimen illud est exce-
ptum, in quo alii etiam inhabiles admittuntur, Decia. d. cap. 7. n. 22.
& ibi alleg. Theod. in coll. crim. disp. 4. th. 4. lit. D. 2. Annonæ. l. ult.
§. 2. ff. ad L. Iul. de Anno. l. 1. ff. de Accusat. Gilh. d. l. Decia. d. l. n. 23. Sa-
lic. in l. de crimine vers. oppono tum. C. qui accus. non poss. 3. Suspe-

Q. An pro-
curator in
criminali-
bus admit-
tatur Dist.

Qui non
possint Ac-
cusare ut
i.
Mulier.

cti

Et tutoris §. consequens Instit. de suspect. tutori. l. 1. §. quin imo. 7. ff. eod. Decia. d. l. num. 24. 4. Falsi testamenti l. 2. in princ. ff. de accus. Decia. d. l. num. 18. Gilhaus. d. l. num. 5. Pro alia tamen falsitate accusare nequit l. 19. C. de fals. Gand. tract. malef. rub. qui accus. possunt vel non. num. 4. Ang. de malef. vers. nec non ad querelam. n. 18. 5. In casu dilapidationis bonorum Ecclesie per Prælatum l. 31. C. de Episc. & Cler. c. licet Heli. vers. aliis. de Simon. Gilh. d. l. Decia. d. l. n. 25. 6. plures casus vide apud Farinac. in pract. crim. quest. 12. num. 16. Gilh. d. l. n. 5. Decian. d. l. per tot.

2 Exceptio

13. 2. Exceptio est; Nisi mulier suam suorumque injuriam persequatur. l. sororem. pr. C. de his quib. ut indignis. l. 2. & 11. ff. b. l. 3. §. 11. de hom. lib. exhib. causis. q. 3. c. 3. Gilh. d. l. num. 5. pag. (mibi) 269. omnes enim suam suorumque injuriam persequentes, mortemque propinquorum defendentes, ab accusatione non excluduntur l. 1. 2. 4. & 11. ff. de accus. l. 12. l. 16. C. de his qui accus. non poss. Decian. d. tract. crim. lib. 3. c. 5. Farin. lib. 1. tit. 2. quest. 12. n. 57. Gilhaus. in comm. de injur. & fam. libell. §. 8. num. 2. & seqq. Idemque pari ratione videmus, quod licet mulier postulare prohibeatur, tamen id pro conjunctis possit. l. 1. §. ult. ff. de postul. Decian. d. cap. 7. num. 9. apud quem etiam vide, An Mulier in hisce casibus exceptis teneatur se subscribere ad poenam talionis add. Farin. d. q. crim. 12. n. 16. Gilh. arb. jud. crim. 1. p. 2. n. 6. vid. P. H. D. art. 12. ibi. So der Ankläger die peinliche Rechtfertigung.

Q. An uxor de nece mariti possit accus. Aff.

14. Hinc quaeritur; An mulier uxor possit accusare de nece mariti? Et licet nullam habeamus legem id expressè decidendam, attamen argum. ducto à maiori probari potest, nam si potest accusare de morte soceri. l. 2. ff. de accus. junct. l. lege Julia ff. de testib. qui sibi coniungitur mediante persona mariti, multò Ergo magis poterit accusare pro nece mariti, cum quo una erat caro. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quest. 14. num. 8. Boer. decis. 233. idem in sponsa statuendum puto cum Decian. d. tract. crim. lib. 3. cap. 7. num. 10. arg. l. 5. ff. de testib. l. 5. C. de bon. qua liber. Farin. lib. 1. tit. 2. quest. 13. num. 14. Harp. tract. crim. §. 1. de pub. iud. num. 15. Dubitatur quoque, an commater de nece compatris possit accusare? Quod de Jure Can. Aff. potest, eò quod coniunctio spiritalis

Q. An sponsa de nece sponsi accusare possit. Aff.

Q. An commater possit accusare? Aff. l. C.

ritualis conjunctioni sanguinis æquiparetur. c. 1. 30. q. 3. vid. lat. Decia. 3. tr. crim. 7. n. 11.

15. Secundò ratione ætatis prohibentur Pupilli. l. 2. §. 1. l. 8. ff. de accus. c. prohibetur. 2. q. 1. & hoc propter defectū cōsiliij, cum quicquid vident, ignorent. l. 1. C. de fals. mon. Wel. parat. de accus. n. 9. Boc. cl. 6. disp. 38. th. 22. Coll. Arg. de accus. th. 5. Treutl. 2. 31. 3. lit. F. ex consilio tamen tutorum, suam vel suorum persequi cupientes iniuriam, admittuntur ad accusationem. l. 2. C. qui accus. non poss. Wel. d. l. Boc. d. l. In criminibus læsæ Majestatis & hæresis, quia in iis testari possunt. l. 10. §. 1. d. quest. Falsi testamenti, & si mortem patris vel avi persequantur. l. 2. de accus. vid. latè Decia. d. tr. c. 12. n. 1. 2. & seqq. Theod. in Coll. crim. disp. 4. th. 4. lit. E. Hinc occurrit quæstio, An ante omnia, ut admittatur pupillus, requiratur personæ suæ legitimatio, ut statim interveniat tutoris autoritas? Aff. duco, quia talis autoritas debet à principio ante accusationem intervenire; aliàs si subsequeretur, non confirmaret actum jam ab initio nullum. l. in universis 11. C. qui dari tut. poss. l. fin. C. si adv. rem. jud. Decia. 3. cap. 12. n. 9.

167.
2. Prohib.
rat. ætat.
Pupilli.

Q. An requir. ad pupilli admiss. personæ suæ legit? Aff.

16. De Minoribus 25. annis An idem sit dicendum? Doctores hic variant: 1. opinio est Vgolin. antiq. Gloss. quem refert Accurs. in l. 2. §. pupillus cir. med. ff. de accus. Cin. in d. l. 2. C. qui tenent non posse minorē 20. annis accusare, nec testis in causa criminali esse. l. testimoniorum. §. 1. ff. de testibus. 2. opinio Azon. in summ. C. qui accus. non poss. quod minor 25. annis & major 14. annis possit accusare, accedente tamen consensu curatoris (1) quia edictū de accusationibus est prohibitoriū, ut qui non prohibetur expressè debeat admitti, at minor expressè nō prohibetur. E. (2) per l. Clarū 4. C. de auctor. præstād. (3) à speciali; quia in adulterii crimine speciale est, ut minor nō admittatur. l. si Maritus 15. §. lex Iul. 6. ff. ad L. Iul. de adult. cū l. jus singulare ff. de ll. 3. Opinio est Angeli & Salic. in l. secunda C. qui accus. non poss. quod minor 25. ann. nullo casu ad accusandum admittatur, nisi suam vel suorū persequatur injuriam, per rationem. l. si maritus §. lex Iul. ff. ad L. Iul. de adult. 4. Opinio est Areti. in c. 2. de accusat. col. ult. qui voluit quod major 14. an. minor autem 17. non possit accusare, si nō persequatur suam vel suorum injuriam, quia minor

Q. An minores accusare possint

1. Opinio.

2. Opinio.

3. Opinio.

4. Opinio.

R annis

Verior sen-
tentia.

annis 17. licet adultus, non posset agere actione populari in favo-
rem publicum *l. popularis actio ff. de popul. act. nec postulare. 4. §. ult. ff.*
qui & re quib. ca. man. l. 1. §. 3. de postul. Secunda, AZONIS opinio
mihi juri civ. magis congrua videtur: quam sequitur etiam
Cuj. lib. 17. obs. 30. Wesenb. in jurat. ff. de Accus. n. 9. vid. Gilh. A. I. C. c. 3.
p. 2. n. 6. Decian. tr. crim. lib. 3. c. 12. n. 18. Gomez. tom. 3. de delict. c. 1. n. 31.
Clar. lib. 5. sent. quest. 14. n. 7. ibi Bajard. n. 26. Farin. pr. crim. q. 12. n. 15.
Theod. d. disp. 4. th. 4. lit. E.

3. Prohibē-
tur rat. sta-
tus Servi.

17. Tertiò ratione status prohibentur Servi. Wesen.
par. de accusat. n. 9. in med. Azo in summa eod. n. 4. Gilh. d. c. 3. p. 2. n. 6.
accusatio enim est actus jur. Civ. introductus, in jur. verò Civ. Servi
pro nullis *l. quod attinet de R. I. & mortuis habentur. l. servitutem.*
eod. Exceptis quibusdam criminibus ut Hæresis. Carer. *tract.*
de heret. n. 107. Maieftatis. l. pen. C. qui accus. non poss. Ambitus.
Fraudatæ annonæ, Fraudati census, Falsæ monetæ, testa-
menti suppressi. *l. 53. de iud. Theod. d. d. 4. th. 6. lit. F.* Monachi
qui Abbati & monasterio subditi sunt, & servis comparantur, quia
in causa sanguinis se nullo modo ingerere possunt. *c. sentēt. sanguin.*
Ne cler. vel monach. Nisi Monachus accuset pro beneficio Ecclesiæ,
cum sui Abbatis consensu. *c. monachi 16. q. 1. De Filiisfam. disqui-*
ritur, an & is accusare possit? Et patris consensu accedente
posse, extra controversiam est. Sine consensu patris in judicio cri-
minali accusare posse, Negârunt plures *per text. in l. ult. in fin. pr. vers.*
necessitate. C. de bon. qua. lib. & l. 57. ff. de judic. Quorum opinio Juri
Civ. magis convenire videtur, quanquã Affirmativa & commu-
nior sit & in praxi servetur. *Farin. d. q. 12. n. 10. Gilh. d. c. 3. p. 2. n. 6.*
Theod. d. th. 4. lit. F. Decian. d. l. 3. cap. 9. per tot. Clar. lib. 5. sent.
quest. 14. n. 5.

An filius-
fam. possit
accus. N.

4. Prohib.
rat. defect⁹
mentis &
corp. Fu-
riofus &
Infans.

18. Quartò ratione defectus mentis & corporis
prohibentur Furiosus, Infans, mente captus, tum quia quic-
quid vident ignorant. *l. 7. §. 9. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. C. de fals. mo.*
tum quia in judiciis, in quibus qf. contrahi dicitur, judicium &
voluntas requiruntur *l. 3. §. idem scribit 11. ff. de pecul. quæ cum in his*
desint. d. l. 7. §. 9. ided nec ad accusandum admitti queunt. Decian.
d. l.

108.
d.l. c. 11. n. 1. Theod. d. th. 4. lit. G. Farin. d. q. 12. n. 57. Prodigus, cui bonis interdictum (quod non jure ipso, sed judicis sententia fit, vid. ap. Hillig. ad Don. lib. 12. c. 22. lit. F. Lyckl. 7. membr. eccl. 11. Ant. Fab. in jurispr. papin. tit. 12. pr. 3. Frantz. exerc. just. 3. §. 6. Fachin. 2. controv. 63. Bachov. 2. 8. th. 3. lit. B.) quia is dum neq; modum, finem nec tempus expensarum facit. lib. 1. pr. de Curat. furios. nullum sensum habere videtur, & furioso in multis comparatur. l. furiosi ff. de R. I. l. 6. de V. Obl. vid. Decian. d. cap. 11. n. 2. 3. Theod. d. th. 4. lit. G. Surdus & Mudus l. 10. C. qui test. fac. poss. §. 3. I. quib. non est permiff. fac. test. à natura sc., quia nec loqui nec scribere novit, & ideo non potest explicare consensum & voluntatem. Nam si ex accidenti factus est surdus, maximè si scit legere & scribere, contrarium observatur. Decian. d. c. 11. n. 14. & seqq. De cæco quid dicendum? Repellunt eum ab accusatione pleriq; Ang. tract. de malef. in verb. & ad querelam. n. 30. arg. l. 1. §. cæcum. ff. de postuland. Eum admittendum puto, si suam & suorum prosequatur injuriam, cum talis sit actus Accusatio, qui benè à cæco potest expediri. Dec. d. l. num. 6. Theod. d. th. 4. lit. G.

An Prodigus accus. poss. N.

An Surdus & Mutus D.

An Cæcus? Aff.

19. Quintò ratione dignitatis prohibentur Clerici. c. nullus cleric. 11. q. 1. (qui veniant Clericorū appellatione vid. Decian. 3. c. 10. n. 22.) c. testimoniu. eod. & c. 2. de postul. vid. Decian. d. l. 3. c. 10. n. 1. & hæc procedunt præcipuè in eo crimine, ob quod pœna sanguinis esset imponenda. c. cum sit generale de for. compet. c. prelati. de homicid. in 6. Theod. d. th. 4. lit. K. Decian. d. l. Gilh. d. c. 3. p. 2. n. 6. Clar. 5. sent. q. 14. n. 3. Nisi suam vel Ecclesiæ injuriam prosequatur, & non sit ingerenda pœna sanguinis, vel per viam exceptionis crimen opponat. vid. Decian. d. l. n. 34. & seqq. Gilh. d. l. Miles qui pro pace excubat, & stipendia meret, prohibetur accusare. l. 8. pr. ff. de Accusat. Boc. 4. 38. 23. Ang. tr. malef. in verb. & ad querelam num. 28. propter sacramentum. d. l. 8. confer. l. 1. §. ex incendio. ff. de incendi. naufr. ruin. Decian. d. l. 3. c. 16. num. 1. & seqq. ne, dum militia vacat, aliis negotiis impediuntur, & à militia avocantur: nam nec rerum privatarum procuratores esse possunt. l. 7. C. de procurat. Wesenb. parat. de accusat. n. 9. Nisi suam vel suorum injuriam prosequantur. l. 8. l. hi tam. ff. de accusat. l. non prohibentur C. qui accus. non poss. Gomez.

5. Prohibetur rat. dignit. Clerici.

An Miles possit accus. Neg.

tom. 3. var. ref. c. 1. n. 31. Farin. d. quest. 12. n. 14. Decian. d. cap. 16. per. tot. Clar. d. q. 14. vers. quero etiam. Theod. d. th. 4. lit. K. Wesenb. parat. de accus. n. 9. Verum hodiernis temporibus milites indistinctè ad accusandum admittuntur. Ang. d. loco. n. 28. Decian. d. c. 16. n. 7. Gilh. d. l. Theod. d. l.

6. Rat. officij prohib. Magistratus.

20. Sextò ratione officij prohibentur Magistratus maiores, qui jurisdictionem habent. *l. pars litterarum. 48. ff. de judic. in tantum ut uxorem adulteram accusare, durante officio, nõ possint. l. si maritus. 15. pr. ff. ad L. Iul. de Adult. Ang. d. l. n. 31.* Rationes prohibitionis duæ ab Angelo adferuntur. 1. ne ob potentiam illorum opprimantur & concutiantur *l. 1. C. ne lic. potent. interest enim omniũ & præcipuè minorum, ne importunis potentium intercessionibus opprimantur.* 2. Ne magistratus à curâ publicâ, quam assiduè & diligentissimè gerere debent, his mediis abstrahantur. Decian. lib. 3. c. 15. n. 1. in fin. Si verò minores sint (qui verò sint minores *vid. l. nec magistratibus. 32. ff. de injur. l. magistratibus. 12. ff. de iurisd. l. eum qui 13. ff. eod.*) & tamen magistratum gerant, ex quo & ipsi in jus evocari possint *l. qui accusare. ff. de accusat. non prohibentur l. 2. de in jus vocand. Decian. d. lib. 3. c. 15. num. 1. Boc. cl. 4. disp. 38. th. 24. Theod. d. th. 4. lit. K.*

7. Ratione amoris & consang. prohib. Frater.

21. Septimò ratione amoris & consanguinitatis prohibetur Frater, qui non potest accusare fratrem de gravioribus, licet de levioribus possit. *l. si magnum. C. qui accus. non poss. l. si sororem. eod. vid. latè Decian. cap. 11. num. 13.* Hinc quæritur. An hoc tantum in utrinque conjunctis locum habeat, vel etiam in conjunctis ex uno solum latere, puta in consanguineis vel uterinis tantum? Post. Affirm. videtur; quia agnationis vinculo junguntur, & in eodem gradu esse dicuntur, *auth. cessante. C. de legit. hered. l. 1. §. 2. ff. de grad. l. meminimus. §. 2. C. de legit. hered. Sozin. vol. 1. cons. 1.* At quid de fratribus electione assumptis, quos nos juratos dicimus? videtur Affirm. quia juramento copulati. At Negativa, quòd liceat iis accusare, verior. quia lex prohibens fratrem, considerat naturalem conjunctionem sanguinis, & lex in casu vero disponens, non habet locum in casu ficto. *Ud. in l. si is qui ff. de usucap. Idem de collectaneis est judicium. vid. Decian*

Decian. d. l. n. 23. Arrogati & Adoptivi quoque accusare non potuerunt, quia licet sanguis eos non conjunxerit, sed sola voluntas patris adoptantis, Civilis tamen ratio patriæ potestatis obstat, quæ facit, ut durante adoptione, inter eos iudicium non rectè consistat. Decian. d. l. n. 24. Possunt tamen parentes filios enormiter delinquentes ad magistratum deferre, & contra eos accusationem instituere. l. 4. C. de patr. potest. Unde in l. 3. eod. inquit Imperat. Alex. Si filius tuus pietatem non agnoscit, castigare jure pat. pot. non prohiberis, acriori remedio usus, si in pari contumacia perseverarit, eumque præsi provinciæ oblaturus dicturo sententiam, quam tu quoque dici volueris. l. 2. ff. ad L. Corn. de Sicc. Theod. d. th. 4. lit. M. Decian. d. l. 3. c. 13. n. 2. 3. Idque verò maximè obtinet in criminibus atrocioribus, ut insidiarum eis paratarum. l. 14. C. qui accus. Decia. d. l. n. 6. 7. & 8. Adulterii; nam si potest pater filiam adulteram occidere l. patri 20. ff. ad L. Iul. de Adult. l. processus. C. eod. multo magis E. accusare. l. nec in ea 22. §. sed quid occidere. 3. ff. Ad. L. Iul. de Adult. l. 14. §. pen. ff. eod. Criminis læsæ maiestatis, quia omnes tenentur tale crimen propalare, aliàs ipsi puniuntur l. quisquis. §. ult. & pen. C. ad L. Iul. Majest. quod ad Hæresin etiã quod crimini læsæ maiestatis æquiparatur, spectat. c. litteras. Extra. de probat. Farin. d. q. 12. n. 53. Theod. d. l. lit. N. Decian. d. l. n. 11. quemadmodum & alii propinqui Seniores cognatos suos juniores enormis delicti reos iudicum notioni dedere possunt. l. unic. C. de Emend. propinq.

22. Octavò ratione reverentiæ & ingratiitudinis evitandæ causa quidam prohibentur, ut Filius patrem qui accusare non potest. l. 11. §. 1. de accusat. quod & in aliis descendentibus obtinet. l. 5. C. ad L. Cornel. de Fals. ut & in filiis naturalibus, modo certus sit pater; itemque in Adoptivis, quamdiu sunt in potestate; Et denique Emancipatis; quia ratio sanguinis naturalis, non patriæ potestatis, quæ civilis, est consideranda. Alumnus educatorem. l. 17. C. qui accus. quia educatores habentur loco parentum. Discipulus suos præceptores. Servus dominum. l. pen. C. qui accus. non poss. Libertus patronum. d. l. 8. & l. ult. C. eod. Vasallus dominum.

8. rat. reverent. & ingrati. evit. cau. proh. Filij.

R 3



dominum. arg. c. 1. quib. mod. feud. amitt. Nisi vellent suam vel suorum injuriam prosequi. l. 11. ff. de accus. & hæresis. c. litteras de presumpt. de his vide Decian. d. t. 13. n. 18. & seqq. Theod. d. thes. 4. liter. L.

9.
Rat. vitæ
& malæ
Famæ
prohib.
infames.

23. Nonò ratione vitæ & malæ famæ prohibentur infames, ob delictum proprium. l. qui accusare 8. ff. de accus. c. 2. quest. 1. Infamia vero duplex à Dd. traditur: Infamia juris & facti. Wesenb. parat. de his qui not. Inf. num. 2. Boc. cl. 5. d. 6. th. 46. Scick. d. 19. th. 7. quest. 1. Hoen. ff. d. 9. th. 7. & l. 23. th. 17. Bach. t. 8. 4. lit. B. Diss. Donell. 18. comm. c. 6. Niell. d. 2. in fin. Illa quando quis aliquo publico judicio, vel tali, quod infamiam irrogat, damnatus est. l. qui judicio ff. de accusat. Item qui ipso jure infamiam incurrunt etiam absque condemnatione. de quib. tit. ff. & C. de his qui not. inf. Hæc quando alicuius opinio alio modo apud bonos & honestos viros est gravata. Azo in summ. tit. ex quib. caus. infam. irrog. Propriè tamen dicuntur infames, qui à lege notantur, & illi nec J. Civ. nec J. Can. accusare possunt. d. l. 8. ff. h. l. 15. C. qui accusar. non poss. l. 1. C. de infam. Theod. d. 4. th. 4. lit. 1. Decian. d. lib. 3. c. 17. num. 2. Exceptis criminibus atrocioribus, & cum suam suorumq; iniuriam prosequuntur. l. 19. C. qui accus. & eiusdem conditionis infamem accusare velint. arg. l. 11. C. de inoff. test. vid. Theod. d. l. Hinc quæritur: An si quis de crimine fuerit accusatus, statim possit tanquam criminofus repelli, vel etiamsi non sit accusatus, sed reus crimen opponens ad probationem se offerat, an sit audiendus & repellendus accusator? de qua vid. latè Decian. d. c. 17. n. 21. & seqq. Farin. d. q. 12. n. 21. Theod. d. th. 4. lit. 1.

10.
rat. fidei
prohib.
Judæi.

Hæretici.

24. Decimò ratione Fidei prohibentur Judæi, qui à Christianorum accusatione arcentur. c. pagani 2. q. 7. quia non est illis fides adhibenda, qui fidem veritatis à se abiecerunt, unde nec Judæus contra Christianum testimonium dicere potest, licet Christianus contra Judæum possit. c. Judæi. de testib. l. quoniam. C. de Hæret. Hæretici. d. c. pagani 2. q. 7. quia in errore & superstitione semper vivunt, ideo dicuntur continuò delictum committere: nisi Judæum

Judæum vel hæreticum accusent, se invicem enim accusare possunt.
c. si hereticus. d. c. 2. q. 7. vel suam vel suorum quoq; iniuriam pro-
sequantur, ex regula generali *l. si tamen. ff. de accus. l. qui iudicio.*
eod. c. 2. vers. si hi tamen. q. 1. Decian. d. lib. 3. c. 18. per tot.

170.

25. Undecimòratione suspitionis quidam rejici-
untur, semel igitur calumniatus, id est, qui aliquem calumniosè
accusavit, & de eo condemnatus repellitur, quia & nunc calumni-
ari præsumitur. *l. si cui crimen. 7. §. si tamen. 3. ff. de accus. l. is qui ju-
dicio 4. ff. eod.* Is etiam qui subornatus falsum dixit testimo-
nium in criminali causa tanquam suspectus repellitur. *l. alij. 9. ff. de
accusat. Ang. tract. malef. verb. & ad querelam. n. 33.* Jure Can.
ad accusationem non admittitur Ignotus & alienigena *c. cano-
nica 3. quest. 5.* Gratosus qui amicitis facilè flectitur. *c. similiter.
3. quest. 5.* Litigiosus & rixosus *d. c. similiter & seqq. 3. quest. 5.*
Viles quoque personæ hoc numero suspectorum censendæ sunt,
ut ab accusatione præsertim nobilium & receptæ autoritatis ho-
minum abstineant. *l. non debet. 11. §. 1. ff. de dolo & accusation. c. cri-
minationes. 2. quest. 7.* qui vero sint viles & quot modis accipiantur,
vid. Decian. lib. 3. c. 22. n. 24.

Undecimo
prohib. ra-
tione su-
spicionis.

26. Pauper etiam ab accusatione tanquam suspe-
ctus repellitur. *l. nonnulli. 10. ff. de accus.* quoniam etiam testimo-
nium pauperis non usque quaque probatur *l. 3. pr. ff. de testibus.*
Hippol. de Marsil. *in prax. crim. §. diligenter n. 206.* Ang. *tr. malef.
verb. & ad querelam. n. 34.* Idque idè, quia lex timet, ne ob pau-
pertatem facilè corrumpatur à divite. Quis vero sit pauper tutò
dici non potest, cum paupertatis definitio & terminus certus dari
non possit, sed prout diversa causa est de qua quæritur, & prout vel
absolutè vel relativè instituitur consideratio, ita quoque hæc res va-
riatur, ut not. Bachov. *vol. 2. disp. 8. th. 2. lit. E.* in hac materia is de-
mum ab accusando excluditur, cuius facultates 50. aureos non ex-
cedunt. *l. 10. ff. de accusat. vid. Decian. d. lib. 3. c. 22. num. 14. Bocer.
cl. 4. disp. 38. th. 25. Coll. Arg. lib. 48. tit. 2. num. 5. in med. Gilh. arb.
jud. crim. c. 3. p. 2. num. 6. pag. 270. Clar. 5. sent. §. fin. q. 14. num. 19.
Farin. d. q. 12. n. 49.* Nisi honestæ vitæ & optimorum morum

Quis dica-
tur Paup.

acc-



ac conscientia probata sit, & de ea iudici constet, nam paupertas tribuit coniecturam suspicionis, non tamen plenam probationem, & efficacior coniectura tollit minus efficacem, *arg. l. divus. 7. ff. de in integr. restit. vel suam & suorum iniuriam prosequatur. l. 11. ff. de accus. quib. addit Hippol. de Marsil. §. diligent. num. 208. tertiam limitationem, ut si in poenam talionis subscribat & eadem poena coerceri se mancipet, quem refutat. d. l. Decian. & lib. 3. c. 17. n. 33. vid. Decia. d. l. n. 16. & seqq.*

Duodecimo prohi-
ratione ini-
micitia.

27. Duodecimò ratione inimicitia prohibetur quis inimicus de J. Canon. c. meminimus de accus. ne irati nocere cupiant, & læsi ulcisci velint. Decian. d. l. c. 25. num. 16. & n. 26. Coll. Arg. d. l. Farin. pr. crim. q. 12. n. 41. & præsumitur potius accusare ad vindictam privatam quam Zelo iustitia. Clar. d. q. 14. vers. ulterius dixi. 17. Farin. d. l. n. 34. Hic tamen de I. Civ. non reperitur prohibitus. Idque ad eum quoque, qui non est principaliter inimicus accusati, sed patris aut consanguineorum usque ad 4. gradum, extendit Decian. d. l. num. 18. Gilh. d. cap. 3. p. 2. num. 6. in fin.

Decimo
tertio ra-
tione va-
riarum ac-
cusationū

28. Decimò tertio denique ratione variarum accusationum quis prohibetur. Nemo enim potest eodem tempore tres proponere & urgere accusationes l. 12. §. 2. ff. de accus. l. 16. C. de his qui accus. ob turpis quæstus timorem. l. 8. ff. d. t. Theod. in coll. crim. disp. 4. th. 4. lit. N. quæ si capitalis esset ex una causa. Decian. lib. 7. c. 28. num. 1. (1) Nisi de eod. delicto plures accusentur. l. 7. §. 1. l. 39. §. 7. ff. ad L. Iul. de adult. Unus tamen adulterum simul & adulteram adulterii reos facere nequit. l. 8. C. ad L. Iul. de adult. (2.) ni suam suorumve iniuriam quis persequatur. l. 11. ff. de accus. l. 6. §. ult. ff. ad L. Iul. de adult. (3.) nisi plures accusati sint de delictis connexis & dependentibus inter se, ut mandans & mandatarius, accusatio enim instituitur tam contra reum quam contra mandantem. P. H. D. art. 176. ibi. So jemandt einen Mißsethäter zu vbung einer Mißsethat. l. 5. C. de accus. l. 7. C. ad L. Corn. de sic. c. si iratus. & c. seq. de poenit. dist. 1. c. 6. §. fin. c. 24. de sent. excomm. qui etiam eadem debet plecti poena mandato impleto. l. 7. §. fin. ff. de iurisd. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. l. 3. §. 4. ff. ad L. Corn. de

171.
de sic. l. 15. ff. eod. Clar. 5. sent. §. fin. q. 89. n. 1. (4) nisi rei accusa-
t nihil per exceptionem opponant de pluralitate accusationum vel
personarum accusatarum, uti tradunt communiter Dd. vid. Decian.
d. lib. 3. c. 28. per tot. Theod. d. lit. N. Gilh. arb. jud. crim. c. 3. p. 2.
n. 3. 4. 5. Clar. 5. sent. q. 3. n. 2.

29. Actum est de personis qui accusare possunt, quæ ite-
dem prohibentur. Nunc videndum quæ personæ accusari
possint vel non. Accusari possunt omnes tam mares quam
fœminæ, puberes & minores. l. 37. §. 1. de minor. Liberi, Servi. l. 12. §.
3. ff. h. Weseemb. tot. tit. de accus. n. 10. Coll. Arg. lib. 48. tit. 2. thes. 6.
Boc. cl. 6. disp. 38. th. 33. Theod. disp. 4. th. 5. lit. a. vid. plur. exempl.
in Coll. Arg. d. l. Accusari autem non possunt quædam per-
sonæ ob certam qualitatem; veluti (1) ob defectum men-
tis, ut Infans, Furiosus, l. 12. ad L. Corn. de Sicar. (2) ob Reve-
rentiam: Omnes enim personæ quæ in jus sine venia vocari ne-
queunt, de quibus in l. 2. 3. 4. & 8. ff. de in jus vocand. accusari non
possunt, ut tradit Decian. lib. 3. cap. 38. num. 33. (3) Ob Effe-
ctum pœnæ frustratoriae, quales sunt servi, ubi nimirum de cri-
minibus agitur, quorum pœna est ademptio bonorum & civitatis,
nihil enim proprii habent, ac de J. Civ. sunt, mortui & nulli, igitur
& pœna in eos talis constitui nequit. l. 12. §. 4. ff. h. sed durior illis
pœna extraordinario judicio imponitur. d. l. 12. in fin. Weseemb. pa-
rat. de accus. th. 10. Sic mortui non possunt accusari. l. 3. C. si pend.
appell. mors interven. & tit. C. si reus vel accus. mort. Nisi, ut in a-
trocioribus, damnari possit memoria defuncti. Theod. d. l. lit. E.

30. (4) Ob potestatem & dignitatem, ut Imperator
l. 6. ff. ad L. Rhod. de jact. l. bene Zenone. C. de quadri. prescr. cap. 11.
quest. 1. supra omnes enim leges est, Nov. 105. c. 2. in fin. & LL. civi-
libus solutus dicitur, l. 31. ff. de h. §. ult. Inst. quib. mod. testam. infirm.
arg. l. 12. C. de LL. nisi quatenus ipse propria voluntate & conventi-
one se legibus & alterius judicio subjecit. Duar. in comm. ad tit. de LL.
Ant. Fabr. Iurisp. pap. tit. 2. p. 8. illat. 2. Lyckl. lib. 4. membr. Eclog.
19. Niell. disp. feud. 2. th. 3. lit. h. Arnis. lib. 1. de jur. maiest. cap. 3.
Schickhard disp. 1. th. 8. q. 2. Bach. 1. disp. 1. th. 6. lit. D. Franz. exer.
Justin. 1. quest. 8. Ungebaur. exercitat. Justin. 2. quest. 5. in aio. vid.

S

etiam

Personæ
quædam
non pos-
sunt accu-
sari.

1.

Ob defe-
ctum men-
tis.

2.

Ob reve-
rentiam.

3.

Ob effectū
pœnæ.

4.

Ob pote-
statem &
dignitatē.

etiam Gothofr. *ad Nov. 105. c. 2. in fin.* Dou. 1. *comm. 17.* Menoch. *arb. jud. q. lib. 1 q. 7. n. 70.* Vasq. 1. *contr. 26. n. 15.* Coraf. 2. *miscell. 25.* Cuiuslib. 26. *obs. c. 35.* & alii Reges ac Principes, superiorem non recognoscentes, quia in suo territorio eandem habent potestatem, quam Imperator in Imperio, Decian. & ab eo allegat. l. 3. c. 38. n. 13. Hostiens. in *summ. de accus. n. 7. vers. quid ergo de comitibus.*

^{5.}
Ob officiū 31. (5) Ob Officiū ut Magistratus maiores, in officio existentes. l. *hos accusare 12. in pr. ff. de accus.* Hostien. d. l. Coll. Arg. d. th. 6. de delictis, ante magistratus & officii assumptionem commissis accusari nequeunt. Theod. d. Coll. disp. 4. th. 5. lit. C. secus observatur in minoribus, l. *nec magistratib. 32. ff. de iniur.* Decian. lib. 3. c. 38. n. 16. Finito tamē officio, de delictis ante & post susceptū magistratū & durante eo commissis, quandoquē accusari possunt. arg. l. 2. §. 3. ff. de iudic. Decian. d. l. n. 19. Idem est, si accusatio per litis contestationem non perpetuatur, vel contra eam magistratus non excipit, vel cuius pœna est amotio & depositio officii (nam si eo casu esset expectandus finis, tum pœna esset frustratoria) vel quæ instituitur adversus magistratus perpetuos, aut dignitatem tantum sine administratione habentes, quales sunt Duces, Marchiones, Comites, vid. d. l. Deci. & Theod. d. lit. C.

^{6.}
Ob Accusationem ante motam. 32. (6) Ob Accusationem antè motam, semel enim accusatus de delicto, pendente accusatione illà, de eodem delicto ab aliis accusari non potest, l. *hi tamen. u. §. fin. ff. de accus.* ne quis à pluribus adversariis defatigetur, ne quoque de eodem delicto sæpius quærat. l. *pen. §. 4. ff. naut. caup. stab.* nisi plura & diversa ex eodem facto nascantur crimina, vel ratione officii vel proprii interesse id fiat. vid. Decian. d. lib. 3. cap. 31. per tot. qui limit. plur. addit. Eodem modo absolutus vel condemnatus, de eodem crimine rursus accusari non potest, l. *si cui. §. 2. ff. de accusat. l. licet. §. fin. naut. caup. stab.* Decian. 3. cap. 20. n. 1. nisi absolutus tantum fuisset, vel ab observatione præsentis iudicii, at non ab ipso delicto. l. 3. §. 1. ff. de accus. c. 2. q. 8. vel probetur prævaricatum fuisse primum accusatorem. Theod. d. th. 5. lit. G. quia tum iterum accusari potest. l. 3. ff. de prævar. Bart. in l. 1. §. prævaricationem. ff. ad Sctum Turpill. Nisi volens denuò accusare, suam & suorum iniuriam persequa-

sequatur. l. 7. §. 1. ff. de accusat. allegando ignorantiam prioris ac-
cusationis, etiam si sit in priori accusatione absolutus. d. l. si cui. 7.
§. 1. de accusat. (ignorantia autē coniecturis & juramento probari
potest.) Welembec. de accusat. num. 10. Farin. princ. c. 1. 4. n. 23.
quest. 7. num. 26. Gilhaus. arb. crimin. d. cap. 3. part. 1. num. 28.
Decian. d. lib. 3. cap. 30. num. 23. Theod. d. thes. 5. liter. G. quos
lat. vid.

33. Absentes quoque accusari non possunt, sed contra
eos offertur libellus tantum. l. absentem. 6. Cod. de accusat. & anno-
tari solent d. l. 6. de accusat. l. 1. §. 1. ff. de Requir. vel absent. damn.
de crimine sc. cuius pœna vel capitalis est, vel aliæ usque ad rele-
gationem, nam in cæteris reus criminis absens damnari potest. l. 5.
ff. de pœn. Solent & literæ ad Magistratus ubi moratur, mitti, ut in-
notescere ei possit, eum esse annotatum. l. 1. §. præfides. l. 4. pr. ff. de
Requir. vel absent. damn. Bona tamen ipsius obfignantur. l. ult. pr.
ff. d. t. & intra annum medio tempore bona moventia ne fiant de-
teriora morâ, aut alio modo, vendi & pretium eorum deponi debet.
d. l. ult. §. 1. ff. eod. Sin verò sciens intra annum non redierit & se
purgaverit, nec satisdederit, nec ab alio defensus fuerit, bona eius
obfignata publicantur, l. 1. §. ex hoc. & seq. l. 2. 4. l. ultim. pr. ff. eod.
l. 1. 2. C. eod. Post annum veniens quidem auditur, l. 4. §. ult. ff. d. t.
l. 18. §. pen. vers. quamvis. ff. de quest. Verum bona sua non recipit.
l. 2. 3. Cod. de Requir. reis. Semel enim in fiscum cadens ægrè resti-
tuitur. l. uni. §. 2. ff. ad L. Iul. de ambit. l. 4. Cod. de bon. proscr. l. 2.
C. de requir. reis.

34. Materia circa quam versantur accusationes sunt de-
licta, non tamen omnia, sed publica tantum, quæ speciali lege no-
tata sunt. de quibus. thes. 2. supr. Wel. parat. de accus. num. 11. Theod.
Coll. crim. disput. 4. thes. 6. lit. A. Forma Accusationis consistit
in observatione, iudicis competentia, loci, delicti qualita-
te, & personæ rei, & inscriptione, quæ hîc ante omnia sunt
perpendenda. Coll. Argent. tit. de accusat. thes. 8. & 27. Iudicis
competentiam quod attinet, sciendum, quod non coram quoli-
bet, sed iis tantum, quibus criminum cognitio à lege specialiter est
data, fieri possit accusatio. Unde coram iudice incompetente fa-
cta

Absentes
nō possūt
accusari.

Materia.

Forma.

I.
Consistit
in Compe-
tentia ju-
dicis.

Et a & ab eo sententia lata ipso jure nulla est. l. 1. §. fin. ff. ad SCtum Tertull. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque jur. Farin. quest. crim. 7. n.

Q. An judi-
cis incomp.
jurisd. in
crim. pro-
rog. possit?

2. qui plur. alleg. Hinc quaeritur, An Judicis incompetentis in criminalibus jurisdic-tio prorogari possit, de qua vid. Gail. 1. de pac. pub. 12. num. 10. Clar. 5. sent. 5. fin. quest. 42. Theod. d. disp. 4. th. 2 lit. D.

Judex com-
petens quis
sit.

35. Judex Competens est qui habet jurisdictionem criminalem, sive quibus criminum cognitio à lege specialiter data est. Germanicè Blutbahn/ Malefisch Obrigkeit/ Halsgericht. l. 3. de jurisd. l. 6. in princ. de off. procons. l. 1. de off. ejus cui mand. jurisd. l. 1. C. qui non poss. ad libert. pervenir. l. 1. §. 4. ff. de off. præf. urb. qualis olim erat Præfectus urbi, in provinciis Præsides & Proconsules l. 1. pr. & §. seq. de off. præf. urb. l. 3. 13. ff. de off. præsid. Ex his tamen quilibet erat astrictus ad suæ jurisdictionis terminos. l. 1. pr. & §. 4. ff. de off. præf. urb. l. 3. ff. de offic. præsid. l. 1. princ. ff. de off. procons. l. fin. ff. de jurisd. Bocer. cl. 6. disp. 38. th. 6. 7. Theod. Coll. crim. disp. 4. thes. 3. lit. a. Hodie quilibet magistratus municipalis habet ius apprehendendi atrociorum delictorum reos. Decian. in l. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. Cagnol. in l. 70. ff. de R. I. Soc. tract. de cit. art. 4. num. 7. Coll. Argent. de accusat. thes. 16. Hinc quaestio est, An Rectores Academi-arum studiosorum delinquentium sint criminales judices, ex Auth. habita. C. ne fil. pro patre? Pro negat. profert argum. Hunn. tract. de privil. studiosorum c. 2. quest. 1. per tot. pro Affirm. Matth. Steph. tract. de jurisd. lib. 3. c. 12. num. 117. ubi ad argum. contrar. respond. vid. Scip. Gent. lib. 1. de jurisd. c. 2. Boc. tr. de iurisd. c. 1. n. 5. Hillig. ad Don. lib. 17. c. 7. lit. a. Menoch. lib. 7. præ. 97. n. 15. Vasq. illustr. quest. c. 9. n. 9. Longov. ad l. 3. p. 4. ff. de iurisd. n. 4. Borch. de feud. c. 6. n. 35. Muscorn. de iurisd. c. 1. n. 24. A. Fab. in Ration. ad l. 7. §. fin. ff. de off. proc. Schneid. epit. feud. p. 2. n. 91. 2. Regulariter verò in loco delicti commissi Reus puniri debet. l. 3. ff. de off. præf. urb. l. ult. l. 11. ff. de cust. & exhib. reor. l. 7. §. 4. l. 3. ff. de re milit. l. 12. C. ad L. Jul. de adult. Tr. vol. 2. disp. 31. th. 1. Gilh. A. C. I. c. 3. p. 2. num. 10. Vult. 1. I. R. c. 1. Geil. de pign. obs. 3. num. 11. Coll. Arg. lib. 48. tit. 2. th. 8. Clar. §. fin. quest. 35. & 39. Farin. lib. 1. q. 7. per tot. Etiam si alibi habeat domicilium. l. 3. ff. de off. præf. l. 3. C. de re milit. l. 7. §. fin. ff. de

Q. An Re-
ctores A-
cad. stud.
delinq. sint
crim. judi-
ces?

2.
In loco de-
licti repu-
nitur.

ff. de accusat. Don. lib. 17. com. 16. Coler. de process. execut. part. 2. c. 1. & tum quoad omnes effectus ratione tam personæ quam bonorum, jurisdictioni iudicis subicitur, nec declinare forum potest, delictum enim tribuit jurisdictionem in delinquentem alieno iudici. c. licet ratione. de foro compat. Licet quoque ibi non reperiatur, nec ibidem suum habeat domicilium, tamen iudex loci, in quo delictum commissum est, de crimine cognoscere, & contra delinquentem tam absentem non obsequentem, quam presentem ritè citatum procedere potest. Geil. 1. obs. 74. n. 18. l. pen. de pet. hered. l. 6. ff. de iudic. Rauch. 1. q. 50. n. 10.

36. Si vero in loco delicti non reperitur, remitti debet ad locum delicti, l. 7. ff. de cust. & exhib. reor. tam de Jur. Civ. Nov. 134. c. 5. l. 28. §. 15. ff. de pœn. l. 7. §. 4. l. fin. ff. de accus. quam Jur. Canon. clem. pastor. 2. §. nos quoq. §. quid si puncto. §. cœterum. de sent. & re jud. Clar. 5. sent. §. fin. quest. 38. n. 19. Gram. decis. 26. n. 11. Farin. lib. 1. q. 7. n. 19. tit. 1. Telfaur. decis. pedem. 90. n. 4. 6. Grass. lib. 2. recept. sent. c. 10. q. 3. Covarr. pract. quest. c. 11. Vivi. 2. com. opin. 208. Decia. tr. crim. 4. c. 13. Nisi iudex originis vel domicilii delicti commissi, iudicem prævenisset & condemnasset vel absolvisset definitivè. Decia. d. l. quia de uno delicto non debet quis subijci duobus iudiciis. arg. l. licet. §. fin. ff. naut. caup. stab. Farin. d. l. n. 17. Clar. §. fin. quest. 57. in princ. Covarr. var. resol. 2. c. 10. n. 5. nec bis accusari; nisi certis quibusdam casibus. vid. th. 34. Gomez. vari. resol. 3. c. 1. n. 10. An verò novis supervenientibus indiciis reus rursus molestari possit, vid. Farin. & Clar. dd. loc.

Remissio ad locum delicti.

37. Verum ejusmodi remissiones, quæ olim necessariò fiebant, hodiè & maximè in diversorum Dominorum ditionibus vel provinciis non observantur. Coppen. decis. 43. n. 29. quia omnes ditiones uni principi jam non eo modo quo antiquitus parent, sed fontes plerique ibi puniantur ubi inveniuntur. l. 1. C. ubi de crim. maximè cum sunt vagabundi, nec certo loco commorantur. d. l. 1. Wefenb. parat. de accus. num. 8. Coll. Arg. d. l. th. 8. Decia. tr. crim. 1. c. 10. n. 5. Farin. 1. tit. 1. q. 7. n. 25. Covarr. pract. quest. 11. num. 12. Wefenb. conf. 43. par. 1. num. 16. Remissiones tamen inter

hodierno jure remissiones non sunt in usu.



principes & civitates quandoque ratione familiaritatis conceduntur in atrocioribus delictis, ut in *disp. 1. th. 63. dictum*. refusus tamē sumptib. *arg. l. mulier. ff. de captiv.* & datis literis reversalibus: tunc enim alterius mero imperio nulla creatur jactura & præjudicium. *Gail. 1. de p. p. cap. 10. num. 31.* Quod si remissio denegetur, magistratus à quo petita fuit, reum subdere pœnæ curabit, ne delicta maneat impunita, & ansa delinquendi præbeatur. *Covarr. pr. quest. 10. n. 10. Farin. lib. 1. q. 7. num. 25. Harp. §. pœna. Inst. de oblig. quæ ex q. delict. nas. Clar. lib. 5. q. 38. Hippol. de marsil. pr. crim. §. opportunum. num. 35. Telsaur. decis. 90. num. 27. Fachin. 9. contr. 20. Coll. Arg. lib. 48. tit. 3. th. 12. Boc. cl. 6. disp. 38. th. 16. Wesenb. de accus. n. 8.*

Tertio in
persona
Rei.

Ordines
tres. 1.

38. Tertio in persona Rei habetur quandoque respectus conditionis & dignitatis, ut in loco domicilii vel delicti accusari nequeant, sed specialem judicem patiantur. *Coll. Arg. d. l. th. 9.* Et privilegiatum dicitur forum, Ratione personarum, quæ coram certo judice conveniendæ sunt. Personarum verò in Imperio Rom. Germ. tres sunt ordines, in 1. sunt Electores Principes & principali dignitate præditi, qui gaudent privilegio primarum instantiarum der *Außtråg* à quocunq; etiam conveniantur. *Ord. Cam. part. 2. tit. 1. & tit. 5. in fin.* Ast propter certas quasdam causas etiam in prima instantia in Camera conveniri possunt, ut fractæ pacis, *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2.* *So jemand's hohens/re. Pacis religiosæ, Reichsabschied zu Augspurg. Anno 1555. §. Wir befehlen.* Pignorationis, Arrestorum. *Ord. Cam. p. 2. tit. 22. Geil. obs. 1. litigiosæ professionis. Ord. Cam. p. 2. tit. 21. Geil. d. l. num. 14. & similes Thom. Michel. de jurisd. th. 37. Matth. Steph. de jurisd. p. 1. c. 1. memb. 2. num. 85. Arnis. de Repub. lib. 2. cap. 6. §. 5. num. 119.*
2. In (2) sunt Comites, Barones, Nobiles, Civitates, qui quæve immediatè imperio subiectæ sunt. *Ord. Cam. part. 2. tit. 27. Geil. 1. obs. 1. n. 20.* & coram instantiis privilegiatis *Bor den Außtrågen* forum sortiuntur. si verò à principe vel sui ordinis personis conveniantur, quod tamen non procedit in civitatibus Imperii, illis exceptis quæ ex privilegio vel longissimi temporis præscriptione singulares judices *besondern außtråg* habent, ut *Noriberga, Vormatia, Argentina, Memminga.* *Geil. d. l. Dan. Otto de jur.*

de jur. pub. pag. (mihi) 446. Quod privilegium primæ instantiæ tamen ad causas civiles potissimum pertinet, In criminalibus autem quem judicem hi status Imperii sortiuntur vid. Coll. Arg. d. tit. th. 12. 13. In (3) sunt personæ mediatè imperio subiectæ, qui regulariter semper corâ suo ordinario conveniendi sunt, Porro LEGATI, qui quamdiu in aliquo loco legationis causâ commorantur, de injuria & damno sibi illato agere possunt, nullâ admittâ reconventionem. l. 2. §. 5. ff. de judic. & ibi conventi, jus domum revocandi habent. d. l. 2. §. 4. l. 8. 24. 39. ff. de judic. Ex delictis verò in legatione commissis coguntur judicium pati, sive ipsi deliquerint, sive servi ipsorum. l. 24. §. 1. ff. de judic. Non etiam ex delictis ante legationem commissis, arg. à contrar. sensu ex d. l. 24. §. 1. ff. d. t. consule D. D. Becht. in tr. de secur. & salv. conduct. disp. 2. th. 173.

39. Causæ vero criminales neque per viam simplicis querelæ, neq; per viam appellationis directò ad Camerã trahi posse testantur Myns. 2. obs. 98. Geil. 1. obs. n. 27. & 1. p. p. c. ult. n. 36. N. A. an. 1530. Gyl. symph. 1. p. 2. t. 18. vol. 2. num. 5. Rauch. p. 2. q. 8. Fichard. tom. 2. consil. 123. n. 3. Coth. consil. 14. n. 60. Duobus casibus exceptis 1. in causa fractæ pacis, tunc enim Cameræ cum Imperatore concurrens jurisdicção est. Geil. 1. obs. 1. n. 2. 2. Si persona, quæ Cameræ Imp. ratione officii cohæret, deliquit. Ord. Cam. p. 1. tit. 54. Arnis. 2. de Repub. c. 6. §. 5. n. 110.

40. Quarto est qualitas delicti consideranda, de delictis enim & negotiis Ecclesiasticis regulariter cognitio est Pontificis, Episcoporum & aliorum prælatorum. c. 3. 13. de judic. sed mutato rerum statu, illa, quam Pontificii in Augustanæ confessioni addictos olim sibi sumebant, prohibita est, & solum penes principes & status imperii dictæ confessionis residet, N. A. Anno 1555. §. Damit auch berührte & ibid. so soll die Geistliche. Quin etiam nulla illis Ecclesiasticis horum respectu amplius potestas est absolvendi à juramentis ad effectum agendi, cum absolutionem à juramento ad hunc effectum impetrari posse tã in Cam. Imper. si reus immediatè imperio subiectus, vel coram alio statu Imperii, si reus mediatè Imperio paret, stylo fori, & usu communi receptum sit, ut patet ex Ord. Cam. p. 1. tit. & instantia 24. Geil. 1. obs. 25. Myns. cent. 3. obs. 99. Vult.

30.

Causæ criminales in camera nō admittuntur.

Quarto in qualitate delicti.



59. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. num. 7. Sic crimen læsæ majestatis Perduellionis & fractæ pacis apud Imperator. vel. Cam. Imp. peragi debent. Ord. Cam. p. 2. t. 20. §. 2. & 5. Geil. 1. de p. p. c. 12. num. 13. Arn. 2. de Resp. c. 6. f. 5. n. 110.

5.

41. Quintò ad formam accusationis pertinet inscriptio in crimen. Accusator enim priusquam ad accusandum reum admittitur inscriptionis paginam, sive libellum judici offerre, aut querelas suas apud Acta deponere tenetur. l. 3. de accus. l. 15. l. pen. C. eod. quæ idè inventa est, ne facilè quis profiliat ad accusandum. l. 7. pr. de accus. l. 3. 10. C. qui accusar. Harp. tr. crim. ad tit. 18. Inst. n. 8. & seqq. Treut. 2. 32. th. 3. lit. H. Coll. Arg. lib. 48. tit. 2. th. 27. quæ inscriptio fit in libello accusationis, qui continere debet diem & consulem, judicem, Rei & Actoris nomen, criminis magnitudinem, & tempus, puta annum & mensem quo crimen est cõmissum. l. 3. ff. d. t. l. pen. C. eod. diem tamen & horam nemo invitus comprehendere cogitur. Wesenb. parat. de accus. num. 12. in med. inscriptio verò hæc in publico judicio calumniantem accusatorem ad supplicii lege definiti similitudinem obligat. l. 7. pr. ff. de accus. l. ult. C. de calum. In extraordinario autem ad pœnam arbitrariam, cum pœna rei certa non est. Wesenb. parat. ff. de accusat. n. 12. Verùm licet hodiè illa subscriptionis in crimen solennitas sit abolita, Geil. 1. de p. p. 6. 9. num. 3. Coler. decis. 106. ibi Scult. in addit. num. 5. & 6. Hippol. in pr. crim. §. diligenter. n. 207. Wesenb. d. l. Hillig. ad Don. 18. comm. cap. 11. lit. E. ne scil. metu propriæ Salutis quis desistat ab accusatione, Geil. d. lo. Harp. tr. crim. c. 18. num. 11. Inscriptionis tamen sive accusationis libellus, qui hodiè accusationis ein peinliche flage dicitur, adhuc durat & in usu est. Vigeli. ad Const. Carol. c. 3. q. 1. & Const. Car. art. 11. qui formandus est secundum 12. requisita recensita à Coll. Arg. d. l. th. 30. JURE CAROLINO in locū paris supplicii actio injuriarum & damni successit, his sc. qui ejusmodi re mediis uti malunt. P. H. D. Car. V. art. 12. Myns. 2. obs. 32. Zanger. de except. p. 2. c. 13.

Finis accusationis

Effectus a ccusat.

42. Finis accusationum est, ut crimina ad vindictam Reipub. & communem salutem & tranquillitatem puniantur, Wes. in parat. de accus. num. 14. Theod. Coll. crim. disp. 4. th. 7. lit. a. Effectus accusationis est, ut eâ impletâ, pœnæ à ll. ordinatæ per sententiam

tiam reus supplicium subeat. l. 5. ff. de accus. nam sententiæ capita-
les celeriter executioni sunt mandandæ, Par. de Put. de Synd. num. 11.
Guid. Papa decis. 74. in fin. Gilh. arb. jud. crim. c. 7. num. 31. non im-
pletâ vel derelictâ reus absolvatur, accusator pœnam talionis vel a-
lias arbitrarias incurrat. Wesembec. d. loc. Vel (quæ pœna
propria est eorum, qui temerè desistunt ab accusatione aut eâ intra
tempus constitutum non implent) in 5. libras auri condemnetur.
l. 3. §. 3. de prevar. aut infamiâ notatus, quartâ parte bonorum mul-
ctetur, l. 1. 2. C. ut intr. cert. temp. Theod. d. l.

43. Haftenus DE ACCUSATIONE, sequitur nunc ut dica-
mus de altero modo procedendi, sc. DE INQUISITIONE, quæ à Fa-
rin. q. crim. 1. num. 1. & 4. & Clar. 5. sent. qua. 3. vers. & adverte,
definitur, quod sit delicti informatio iudicis officio facta,
vel quod sit delicti, à magistratu per examen testium, ex
officio legitimè facta investigatio ex c. cum oportet. c. qualiter.
extr. de accus. l. 1. C. de cust. reor. vid. Damh. pr. crim. c. 4. num. 5.
Boc. class. 6. disp. 38. th. 45. Theod. Coll. crim. disp. 4. th. 8. lit. a. nullo ac-
cusatore sc. interveniente. Const. Car. Cr. art. 214. Clar. §. fin. quest. 3.
num. 1. in fin.

Inquisitio
nis defini-
tio.

44. Dixi in præced. thesi Inquisitionem fieri à magistratu
ex officio, Hinc à Dd. quæritur: An inquisitio illa sit ordina-
rium vel extraordinarium juris remedium? Communis est
conclusio, esse extraordinarium remedi. ut testat. Clar. 5. sent. §. fin.
quest. 3. n. 3. Farin. tit. 1. q. 1. n. 7. nisi in quibus specialiter permitta-
tur inquisitio. Verum ordinarium esse remedium puto per
l. 7. 14. C. de accus. l. 1. C. de cust. reor. Heig. qua. 39. pr. & num. seq.
usq. ad num. 25. & Boc. cl. 6. disp. 38. thes. 45. in exegefi. Hodiernâ
tamen consuetudinè hæc quæstio minus habet dubii, in qua et-
iam omnes Dd. practici conveniunt. Farin. sup. cit. loc. n. 9. & 11.
Clar. q. 3. n. 6. ubi inquit, quod inquisitio sit ita ordinariû remedium,
quemadmodum & accusatio. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 1. n. 4.
Boss. de inquisit. n. 8. d. Cõst. Crim. Car. V. art. 214. ibi. Und wo der Belei-
dige Coll. Arg. de accus. th. 19.

Q. An in-
quisitio sit
ordinar.
vel extra.
juris reme-
dium? pri.
Aff.

45. Divisiones inquisitionis variæ recensentur à Farin. lib. 1.
tit. 1. n. 4. Damh. prax. rer. crim. c. 8. n. 14. & seqq. triplicem facit. Ge-
neralem

Divisio in-
quis. in ge-
neral. &
specialem.

neralem, Specialem & Mixtam. Receptissima hæc est, quòd inquisitio sit generalis & specialis. Generalis est, cum de delicto commisso quidem constat, sed auctor adhuc est incertus, & tum iudex ipsum delictum potius seu facti veritatem inquit, quàm in auctorem & modum delicti. *c. sicut olim, 25. ext. de accus. l. 3. pr. de off. pres. Boss. tr. crim. tit. de delinq. num. 3. Clar. §. fin. q. 4. n. 5.* Specialis est, quàm in delicti modum & auctorem, personam certam suspitionibus gravatam, in specie iudex inquit, Farin. *lib. 1. tit. 1. q. 2. in pr. Marant. de ord. judic. part. 6. pr. n. 7. 12. Jac. de Bellovis. in pr. crim. c. 7. Mascard. de probat. concl. 830. n. 57. Boc. d. disp. 38. th. 45. & seq. Theod. d. th. 8. lit. c.* Ad hanc v. iudex pervenire non potest nisi à generali fiat initium, unde generalis dicitur præparatoria ad specialem. Marant. *in spec. tit. de inquisit. n. 17. & 30. Farin. q. 9. n. 19. Clar. §. sent. q. 6. pr.*

46. Ut autem iudicium publicum per inquisitionem constitui possit, requiritur, ut tam de corpore delicti quàm de ipso etiã delinquente sufficientia adsint indicia: quòd fit Tripliciter, vel ex Famã publicã, vel ex denunciatione, vel etiã ex delicti notorietate. *Tr. 2. disp. 31. th. 2.* Debet enim Fama publica & diffamatio præcedere, ut inquisitio rectè fieri possit. Farin. *d. q. 9. pr. Men. arb. jud. q. 78. n. 1. Decian. cons. 189. n. 9.* Iudicem etiã à quo inquisitio instituitur, oportet esse competentem, hinc quaeritur: An contra subditum in loco domicilii deprehensum, ob delictũ alibi cõmissum, magistratus possit inquirere & procedere? *Aff.* Si non sit in loco delicti punitus, *arg. l. 7. ff. de off. presid. l. 1. C. ubi quis de curia. vel cohort. Clar. §. sent. §. fin. q. 39. n. 4. vid. Decian. 4. tr. crim. 16. Theod. d. l. th. 4. Farin. qua. crim. 26. n. 23.*

47. Studiosus quoq; cum coram iudice suo ordinario quoque conveniri debeat (quanquam huic privilegio fori ipse si velit, renunciare possit. *auth. habita C. ne filius pro patre.*) in dubiũ vocatur, An ob delictum extra locum Academiae commissum, invitus à iudice extraneo loci sc. delicti, non obstante privilegio ex authent. *Habita C. ne filius pro patre.* accusari queat, *vid. Negative decisam apud Theod. d. thes. 4. lit. B. à quo diff. Heig. 2. q. 11. & alii.* Fama de quã sup. non debet à malevolis & inimicis originem ducere. *c. qualiter, c. inquisitionis extr.*

176.
extr. de accus. Cōst. Car. art. 25. pr. aliàs nihil operatur. Marant. p. 6. pr. n. 24. C. Arg. tit. de accus. th. 20. Boc. d. disp. 8. th. 49. (2) frequēs quoq; & vehemens esse debet, ita ut sapius ad iudicis aures deveniat. c. 24. de accus. & talis sit, quæ non possit sine scandalo vel periculo tolerari. Clar. d. q. 6. n. 20. Farin. d. q. 9. n. 5. quare nisi aliis indicis juvetur, sola vana vox populi nihil efficit, latè Gand. de malef. rubr. de pres. & de iudic. dubit. n. 15. (3) requiritur etiam, ut per testes probetur, quorum ad minimum duos omni exceptione maiores requirit. Clar. d. q. 6. n. 11. Bajard. ib. in not. n. 1. Azo. in summ. C. de questio. Jac. de Bellovis. prax. crim. lib. 3. c. 5. n. 28. Boer. decis. 163. n. 3. Quod tamen iudicis arbitrio committendum esse videtur, qui unū etiam integræ opinionis atq; omni exceptione maiorem, si de visu testetur, aliasq; causas scientiæ reddere possit, pro sufficiente habere potest, Coll. Arg. tit. ff. de accus. th. 20. vid. Damh. c. 10. n. 15. Boss. tit. de inquisit. n. 66. & confer Ord. Crim. art. 23. & 30. Hinc à Dd. quær. An fama probetur per iudicis assertionem? divers. opin. recenset Clar. s. sent. q. 31. n. 10. Verùm tum demum probabitur, si ex actis constet, testes super diffamatione judicialiter esse receptos & examinatos. Marant. in spec. p. 6. tit. 1.

48. Quandoque tamen inquisitio etiam nullâ præcedente diffamatione procedit. (1) Si sufficientia aliàs contra inquisitum extent indicia. (2) Si pars non opponat de famâ præcedente. (3) Si ea sit generalis non specialis. (4) in atrocioribus criminibus sc. maiestatis & hæresis. plures exceptiones longo ordine proposuerunt Farin. quest. 9. Marant. d. l. n. 22. usq; ad n. 34. Gilh. arb. jud. crim. c. 3. p. 1. n. 27. vers. valet. a.

49. Secundò inquisitio fit denunciatione, quæ duplex, voluntaria vel necessaria, unde alius necessarius, alius voluntarius denunciator dicitur: Hic est qui spontè iudici delictum revelat citra solennia accusationis, & talis delator sibi vel suis illatam iniuriam defert. l. 11. l. 4. ff. de accus. quæ tamen sola, citra alia adminicula, ad processum inquisitionis instituendum vix sufficiens est. Clar. d. s. fin. q. 10. n. 11. Ille est qui vel ratione officii, (ut officialis ex officio iniuncto à magistratu. l. 7. C. de accus. ut olim stationarii, apparitores. Cuius lib. 1. obs. 33. Hodie fiscalis & Syndicus. l. 4. C. de delator. D. D. Becht. disp. de securit. & salv. cōduct. th. 44. Clar. d. q. 10. n. 4. vel ad iudicis interrogationem, denunciare cogitur quis

2. Inqui-
sitio
quæ fit per
denuncia-
tionē quæ
dupl. Nec.
& Volunt.

T 2

etiam



etiam privatus, à quo iudex informationem & denunciationem exigit, imprimis de loco, tempore & persona criminis commissi. Althus. lib. 3. dicaol. c. 14. n. 24. Huc referri possunt Barbitonsores, qui iuramento sunt obstricti, ut patientes magistratui indicent. de quib. consul. Farin. d. q. 9. n. 11.

3. Ex delicti notorietate.

50. Tertiò Magistratus per inquisitionem ex notorietate delicti. Tr. d. disp. 31. th. 2. lit. L. & tum, licet nec fama nec denuntiatio præcesserit, processus valet: hæ enim in re notoria & manifesta nullum habent effectum, & frustra quoque desiderantur, sive illa notorietas sit ex rei deprehensione in crimine flagrante vel aliunde. Hinc disquiritur, An si reus in ipso facto deprehensus, possit condemnari, an verò ad defensiones admitti debeat? Hic distinguendum puto, Aut iudici de delicto plenè & omnibus eius constat circumstantiis, aut non plenè constat. Priori casu frustra defensio admittitur. Poster. casu, si etiam reus velit probare unam circumstantiam, defensio permittitur: & licet non ad totalem remissionem, tamen ad mitigationem & relevationem hoc proderit, vid. Clar. 5. sent. §. fin. q. 8. n. 3.

Inquisitiones dantur contra absentem Reum.

51. Inquisitiones v. procedunt tam contra Reum absentem quàm præsentem. Si absens sit Reus, iudex præviâ, de commisso delicto, aliquali cognitione & informatione citabit Reum edictis publicè affixis, & ad eius loci magistratum, ubi degit, emissis, l. 1. §. 2. ff. de requir. vel abs. dam. Nov. 134. c. 5. Tr. vol. 2. disp. 31. th. 4. lit. a. quib. intra annum comparere & se purgare iubetur, Judice intereà bona eius obsignante. d. l. 1. Duar. 1. anivers. disp. 8. Quod si intra annum non responderit, vel comparuerit, bona illius in fiscum coguntur. l. fin. ff. & l. 2. C. de requir. vel abs. dam. & hæc propter contumaciam & contemptum, Damh. pr. crim. c. 14. per tot. (annus v. ex die citationis debet computari l. 4. in pr. ff. d. t. Tr. d. l. th. 4. lit. a.) si v. intra tempus definitum reversus fuerit Reus, bona obsignata illi traduntur, vel si ante purgationem mortuus fuerit, bona ad heredes transmittuntur. l. 1. C. de requir. rei. vid. Clar. q. 44. in fin. Hoc mutatum hodiè videtur. Ex Constitutione enim Friderici l. in cap. 1. §. si quis hominem vers. Si v. violator. de pac. ten. bona violatoris pacis publicæ mobilia publicantur & immobilia heredib. reservantur. Ex Constitutione Crim. verò Carol. V. art. 206. bona contumacis rei, tam mobilia

Ius hodiè

177.
mobilia quā immobilia heredib. eius reservatur. Bona n. capitaliter
damnatorum nō penitus confiscantur, sed heredib. ascendentib. &
descendentibus usque ad tertium gradum conceduntur. Nov. 134.
c. fin. Nostris moribus etiam absentes requisiti & non com-
parentes post citationem condemnantur in die Mordacht. Ord.
Cam. Carol. V. art. 155. Treutl. d. disp. 31. th. 4. lit. B. Si verò reus
sit præsens, nec remissione nec citatione illā opus est, sed proce-
ditur statim ad capturam, habitā tamen ratione personarum, qua-
litatum & circumstantiarum delicti; vel fidejussoribus commit-
titur. Tr. d. loc. lit. d. de quib. in seq. disp.

52. Efficiens causa inquisitionis est lex, consue-
tudo & mores, quorum autoritate iudex in delicta inquirat.
arg. l. 6. ff. de accus. l. 1. C. de cust. reor. pro ratione enim & ex impul-
su officii sui iudex sive magistratus ad inquisitionem & delicto-
rum persecutionem tenetur, l. 1. C. de cust. reor. l. 13. ff. de off. pres.
l. 4. §. 2. ff. ad L. Iul. pecul. Nov. 128. cap. 21. Const. Crim. art. 215. Wel-
parat. de accus. num. 3. Heig. q. 39. p. 1. Marant. in specul. tit. de inquisit.
Etiam Jur. divin. Genes. 18. v. 21. Exod. 2. vers. 11. 13. Prov. 20. vers. 8.
Farin. lib. 2. tit. 11. q. 12. pr. Coll. Arg. tit. de accus. th. 19. Perpendant
tamen iudices & magistratus, qui non magis alium judicent, quā
ipsi judicentur, cum etiam ipsis magis quā partibus terribile ali-
quando subeundum sit iudicium, siquidem litigatores sub homi-
nibus, ipsi verò Deo inspectore causas proferant trutinandas. l.
rem non novam. C. de iudic.

Causa
Efficiens
inquisitio-
nis.

53. Materia circa quam versatur, eadem est cum
materia Accusationis, delicta scil. quib. non punitis Resp.
detrimentum caperet. l. 14. C. de pœn. l. 51. ff. ad L. Aquil. Farin. 1.
pract. q. tit. 1. q. 5. Regulariter verò inquisitio in publicis cri-
minibus tantum procedit. Non in privatis delictis, nisi in iis
casibus, quibus utilitatis publicæ causā, lex permittit accusationē,
ut est in suspecto tutore §. 3. Inst. de suspect. tut. Clar. 5. sent. q. 17. num. 4.
vel privatus jure suo uti nolit. l. 13. in pr. ff. de off. Pres. l. 15. §. 35. ff. de injur.
Gomez. lib. 3. resol. 1. n. 10. Hinc movetur quæstio, An magistratus
contra usurarios per inquisitionē procedere possit? Negati-
vam sequitur de J. Civili in Laico arg. t. t. ff. & C. de usur. & de J.
Can. in Ecclesiastico arg. cap. 5. de usur. Treut. 2. disp. 31. th. 2. lit. g.

Materia
inquisitio-
nis.

Marant. p. 6. dist. 1. num. 108. Videtur tamen id de usuris licitis tantum negandum, ut scilicet in iis nec inquisitio locum habeat l. 13. §. 26. ff. de act. empt. l. 9. l. 29. & passim. ff. de usur. & tit. C. eod. Politey Ordu. zu Francff. anno 1557. de usur. & furt. vid. Molyn. tr. de usur. q. 1. per tot. Coler. part. 1. process. execut. cap. 10. num. 49. Rittersh. 4. diff. lur. Civ. & Can. c. 11. Jac. curt. 2. conject. 29. omninò Pacium ad rubr. C. de usur. Heig. part. 2. quest. c. 1. Bach. 2. disp. 3. th. 1. lit. B. Hotom. quest. illust. 40. De usuris illicitis verò cum eæ in magnum Reip. vergant detrimentum, & contra tales exercentes inquisitionem locum habere posse probabile est. vid. Clar. quest. 17. circ. fin.

Forma in-
quisitionis
in validit.
consistit.

1.

2.

3.

4.

5.

54. Forma inquisitionis consistit in iis, quæ ad validitatem eius à Practicis solent conferri, ita ut omissis iis non modò sit forma nulla, verùm & omnia inde secuta irrita fiant. Farin. 1. q. pr. tit. 1. q. 1. num. 5. Sichard. conf. crim. 8. num. 3. confer. Boss. tit. de inquisit. n. 77. Ad validitatem verò pertinet (1) Judicis competentia. l. 11. ff. de cust. reor. aliàs impunè illi non parebitur. l. fin. ff. de jurisd. vid. th. 34. (2) Ut inquisitio sit certa, specifica, clara, continens in se omnes delicti qualitates, temporis, personarum ac loci circumstantias. arg. l. libellorum ff. de accus. Rosbach. de inquisit. n. 11. ut Reus exindè defensiones suas faciliùs habere possit. (3) ut fiat inquisitio in casib. in jure permissis & licitis non prohibitis. Marant. in aur. spec. num. 17. usq. ad n. 105. (4) ut ante actum inquisitionis iudex partes interroget, an velint accusationem instituere vel intermittere. Sichard. conf. crim. 8. num. 6. & Accusatori annuenti certū præfigat terminum, quo elapso, eum repellendum esse trad. Boss. tit. de inquisit. num. 68. at in praxi hoc non observari testatur Clar. d. §. fin. q. 3. n. 8. (5) Denique requiritur, ut inquisitus alibi non sit accusatus & condemnatus vel absolutus. l. pen. §. fin. ff. naut. caup. stab. Clar. d. l. q. 57. per tot. Far. d. l. q. 4.

Finis in-
quisitionis.

55. Finis inquisitionis est salus Reip. & ut veritas in personis & factis indagetur. Quod si se inquisitio ultra hos fines extendat, grassatio potius est & crudelis carnificina animarū, quàm laudabilis & vera delictorum persecutio. Unde facilè judicare

dicare est de inquisitione, quæ Hispanica vocatur, de qua vid. quadam ap. Materanum lib. 3. hist. p. 131. Effectus, ut reus probato sufficienter delicto à LL. præstitutis poenis subiiciatur, sin secus, liberetur & absolvatur. l. 6. ff. de accusat. l. 1. l. 5. C. de cust. reor. c. cum oporteat. extr. de accus. Hinc controversum est, An Reus, si crimen non sit probatū, per inquisitionem simpliciter sit dimittendus, vel an prius Juramento onerandus, ut eo se purget. Hoc affirm. Heig. 1. quest. 4. num. 31. & seq. Pet. Welen. Consil. Academ. Altorfin. 33. ubi plura allegat præjudicia huius rei.

Effectus inquisitionis

56. Pauca addam de modis tollendi inquisitionem, ubi dubia occurrit quæstio de præscriptione, An per eam tollatur inquisitio? Aff. Farin. l. 1. quest. 30. pr. Gædd. ad l. 131. §. 1. num. 19. ff. d. V. S. Theod. Coll. crim. disp. 10. th. 7. lit. D. Ang. tr. malef. verb. cuius bona publicamus. num. 23. Tessaur. decis. 208. n. 1. & alij complures, quorum opinio etiam probabilior videtur.

Modus tollendi est præscriptio.

57. Minus dubii habet illa quæstio, An tollatur inquisitio per supervenientem accusationem? Neg. videtur, licet Bajard. ad Clar. quest. 3. num. 5. notet casum, ubi inquisitio ob supervenientem accusationem cessat, si inquisitio sc. fuerit formata per unum iudicem, & accusatio coram alio iudice producat, quæ tamen limitatio, vix obtinere videtur, præsertim cum pluribus iudicibus concurrentibus præventioni locus sit, & is qui prævenit de delicto cognoscere & delinquentem punire possit.

Q. An per supervenientem accusationem tollatur inquisitio? Neg.

58. Denique quæritur, An transactio partium, iis casibus quibus de crimine transigere licitum est, eo se extendat, ut eâ tollatur inquisitio? Jul. Clar. 5. sent. §. fin. quest. 58. num. 2. Inter accusationem nondum cœptam & inceptam distinguit: hoc casu inquisitionem transactione partium non impediri: illo casu verò regulariter eam ad excludendam inquisitionem valere statuit. Verùm Farin. quest. 4. amplector sententiam, qui transactionem sive remissionem à parte factam nec magistratui nec tertio præjudicare statuit, quo minus ex eodem delicto,

Q. An trans. partium tollat inquisitionem? Neg.



licet contra eundem possit inquisitionem vel accusationem instituere. l. qui cætu. §. fin. ff. ad L. Iul. de vi publ.

C O R O L L A R I A.

I.

AN fœmina Feudum accipere possit? Aff.

II.

An infans per tutorem Feudum acquirere possit? Aff.

III.

An Clerici à Laicis rectè Feuda accipiant? A.

IV.

An servis & monachis Feudum dari possit? Aff.

V.

An filiusfam. Feudum accipiens, non sibi, sed patri commodè acquirat? Neg.

VI.

An superiori ab inferiori possit dari Feudum? Aff.

VII.

An plebeio & rustico possit dari Feudum? Aff.

VIII.

An rusticus Feudum accipiens nobilitetur? D.

F I N I S.

TRA SSBurg, Diss., A627-23

ULB Halle 3
004 527 275



Sl

VD 77







DE
PRIVATIS ET PU-
BLICIS DELICTIS

DISPUTATIO QUARTA,
DE CRIMINIBVS PUBLICIS, ET
quidem in specie de Accusationibus
& inquisitionibus.

QVAM,

D. D. D. & D.

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

D. N. SIGISMUNDO *Glach* /

J. U. D. P. P. p. t. RECTORE MAGNIFICO

Præceptore omni reverentiæ cultu
honorando.

Discutiendam publicè proponit

HENRICUS *Besserer* / SCHORNDORFFENSIS.

*Horis locog, consuetis In Auditorio novo,
Die 9. Aprilis.*

✻ (:) ✻

ARGENTORATI,

Typis PAULI LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVIII.

16t.

18

L. A. u. i. t.

1628, 5